nominis sui. Et uidit rex et omnis turba signa que fiebant. Et plurime gentes que erant in circuitu infidelitate languentes. et dei ignorantia. per ea que ad sepulchrum signa fiebant crediderunt. Et omnes uidentes et audientes angelicam conuersationem iosaphat. et a puericia inestimabilem eius amorem ad dominum mirabantur. glorificantes in omnibus dominum. qui in se sperantes exaltare et magnificare dignatur.

Huc usque finis presentis sermonis quem secundum uirtutem meam scripsi. sicut accepi a uenerabilibus uiris qui tradiderunt illum mihi. Contingat ergo nobis legentibus et audientibus utilem animarum rationem ut in parte sanctorum qui ab initio placuerunt domino computari mereamur meritis et intercessione sanctorum Barlaam et Josaphat de quibus fuit narratio. Explicit uita sanctorum barlaam et iosaphat.

Incipit uita sancti alexii confessoris.

Temporibus honorii et archadii augustorum fuit rome uir magnus et nobilis eufimianus nomine diues ualde et primus in palatio imperatorum. Erantque ei tria milia pueri qui omnes zonis cingebantur aureis et sericis utebantur uestimentis. Hic erat iustus et misericors. multa pauperibus erogans. Tres per singulos dies mense parabantur in domo eius orphanis peregrinis et iter agentibus. Ipse uero ad nonam reficiebat cum religiosis uiris. Mulier autem erat ei. aglaes nomine. timens et ipsa dominum. Et non erat illi filius. eo quod sterilis esset. Unde multum merebantur. quod tantarum diuitiarum nullum habebant heredem. Orationibus itaque assiduis. et elemosinis a deo filium rogabant qui eis succederet. Quorum uota deus respiciens. et omnibonorum recordatus. concessit eis fi

lium, Ex quo multum leta
ti: statuerunt ut deinceps
ad inuicem non accederent.
sed in castitate p̄seuerarent.
Puer autem traditus ē eccli
asticoꝝ sacramītoꝝ et libera
lium artium magistris. Et
ita largiente dō. edoctus ē:
ut in omīb9 phy losophye
et maxime spūa lib9 flore
ret studiis. Vocaba t autē
puer iste Alexis. De nup
tiis alexis.
Cum iu
uenis factus fuisset
et eum parentes nuptiis ap
tum iudicassent. elegerunt
ei puellam de genere impi
ali. Et imposite sunt eis sin
gule corone in templo sanc
ti Bonifacii mris. p manus
honorabilium sacerdotum.
P9 hec cum magna leticia
totum duxerunt diem.
Vespere autem facto: dix eu
fimianus filio suo, Intra fi
li in cubiculum: et uisita spō
sam tuam. Qui cum cubicu
lum intrasset. cepit docere spō
sam suam. & plurima sacra
mīta ei disserere. Deī de
tradidit ei anulum suū

aureum & rendam idē ca
put baltei quo cingebatur:
inuolutam in brandeo pur
pureo dixit q: ei, Conserua
hoc usq: dum dño placue
rit. et dns sit inter nos, p9
ea uo accepit de substancia
sua: et dī cessit ad mare. des
cendensq: nauem: dō pros
perante puenit laodiciam,
Et inde iter arripiens abiit
edissam ciuitatem syrie u
bi sine humano ope ymago
dñi nri ihu xpi in sindone ha
bebat. Quo perueniens omi
a que secum detulerat pau
pib9 erogauit: & induens ue
timenta uilissima. sedit cū
ceteris paupib9 ad atrium
scē dī genitricis marie;
Scā q: misteria singlis do
minicis dieb9 accipiebat: et
de elemosinis que ei dabant
quantum sibi sufficeret re
seruans: cetera paupibus
distribuebat. Denique post
discessum alexis: facta est
inquisitio magna de eo. Et
cum nō inueniretur. misit pa
ter pueros suos p uniuersum
regnum romanum: ut requir

rent eum; Quorum aliqui edissam uenientes: inuenerunt eum sedentem cum pauperibus. et dantes ei elemosinam discesserunt. quia non cognouerunt eum; Ipse autem cognoscens eos glorificauit deum quod propter nomen eius elemosinam de seruis suis recepisset; Reuersi autem pueri: nuntiauerunt domino suo quia non inuenissent eum; Mater quoque eius a die qua discessit filius suus sternens saccum in pauimentum cubili sui: sedensque super eum eiulans dicebat; Viuit dominus ihesus christus: quia ita manebo. donec sciam quid factum sit de alexi filio meo; Sponsa uero eius dixit ad socrum suam; Non egrediar omnino de domo tua. sed simulabo me turturi. que nulli alii copulatur post primum; Sic et ego faciam donec sciam quid factum sit de domino meo;

Itaque homo dei in eodem quo dictum est loco in sancta conuersatione permansit per decem et septem annos incognitus. Postea uolens deus reuelare causam ipsius. ymago sancte dei genitricis marie. ibidem constituta. paramonario ecclesie dixit; Fac intrare hominem dei qui dignus est regno celorum et spiritus dei requiescit super eum; Nam et oratio eius sicut incensum in conspectu dei ascendit. Sciens paramonarius quesiuit eum: et non cognouit eum; Reuersusque intro cepit precari omnipotentis dei clementiam ut eum illi ostenderet; Iterum sacratissima ymago ait; Ille qui sedet foris in hostio: ipse est; Tunc paramonarius festinus egressus cognouit eum: et procidens ante pedes eius rogabat ut ecclesiam intraret. Quod factum dum cunctis innotesceret. et homo dei ab omnibus uenerari cepisset. humanam laudem fugiens occulte exiit. de ciuitate edissa. et uenit laodiciam: ibique nauim ascendens. uolebat ire in tharsum cilicie ut in templo sancti pauli maneret incognitus.

Nutu autem dispensante rapta est nauis ualidissimo uento. et perducta ad portum romanum; Ut autem homo dei illuc se uenisse prospexit. uoluens in corde suo dixit; Viuit dominus quia nulli onerosus ero. neque alibi ibo nisi ad domum patris mei. quia illic incognitus ero; Et subiens ciuitatem. obuiauit patri suo redeunti de palatio multa obsequentium multitudine stipato; Et cepit clamare dicens; Serue dei fac mecum misericordiam propter amorem dei quia pauper sum et peregrinus. et iube me suscipi in mensa tua ut pascar de micis que cadunt ab illa. ut deus benedicat annos tuos et ei quem habes in peregrinatione misereatur; Pater uero eius hec audiens. conpunctus corde iussit eum uenire ad se. Qui cum accessisset. dixit pueris suis; Quicumque curam gesserit hominis istius. liberum eum faciam. et de domo mea accipiet hereditatem. Et deputato ministro iussit eum recipi. et fieri grabatum in atrio domus sue. ut omni hora intrans et exiens uideret eum. Mandauit etiam ut de mensa sua pasceretur. et in nullo contristaretur. Susceptus autem alexis in eadem austeritate. uigiliis et orationibus perseuerabat sicut prius fecerat; Pueri quoque patris sui ceperunt eum deridere. et aqua ex qua discos lauabant. super caput eius fundebant. diuersasque iniurias ei inferebant. Hec autem omnia homo dei alexis pro amore dei libenter sustinebat; Sciebat enim quod antiquus hostis. has ei posuit insidias. Sicque transegit in domo patris sui alios decem et septem annos omnino permanens incognitus;

Quomodo scripsit uitam suam

Cum autem completum uite sue tempus cognouisset postulauit a deputato sibi ministro thomum carte et calamum. et scripsit per ordinem omnem uitam suam qualiter respuerit nuptias et qualiter conuersatus fuerit in peregrinatione. et qualiter contra uo

luntatem ſuam romā re
dierit. ⁊ in domo patſ obp
bria multa ſuſtinuerit; Quo
peracto uolenſ dſ manifeſ
tare certamen atq; uictori
am eiuſ dominico die poſt
miſſarum ſollempnia uox
celitus in ſanctuario audi
ta eſt dicenſ. Venite ad me
omneſ q̄ laboratis ⁊ onerati
eſtiſ. et ego reficiam uoſ; Quā
uoce audita nimium pert
riti ppli ceciderunt omneſ
in facies ſuaſ: clamanteſ ky
riel. Iterum ſcd̄o uox de ce
lo facta ē dicens; Querite ho
minem dī; ut oret p roma;
Illuſceſcente enim die paraſ
ceue dō ſpm̄ reddet; Qui egſ
ſi queſierunt eum, & n̄ inue
nientes. congregati ſunt ōs
in die paraſceue in eccliam
beatiſſimi pet̄ pncipis aplōꝝ
īplorantes cum gemitu miſedi
am omipotēti dei. ut oſtende
ret eis ſeruum ſuum. Tunc
facta eſt uox ad eoſ dicens; In
domo eufimiani: querite; Cō
uerſuſq; ppls dixit eufimia
no; In domo tua talem grām
habebas? ⁊ non oſtendiſti no

bis? At ille ſatiſfaciebat eis
dicens; Viuit dn̄s neſcio;
& ſtatim uocanſ diſpenſato
rem domuſ ſue dixit ei; Sciſ
aliquem in domo mea taſe
habentem grām? Qui ſeneſ
cire reſpondit.

Tunc impatores
arhadius & honorius
una cum ppa innocentio
miſerunt ad domum eufi
miani: ut diligent̄ quere
ret̄ homo dī; Se ſe etiā uen
turos ēē dixerunt; Eufimia
nus autem pivit. ut ſedes
ordinaret: et cum lampadi
bus incenſo q; ac tibulis ob
uiam impatorib; & ſummo
pontifici exiret; Miniſter
autem hominis dī acceſſit
ad eufimianū et dixit; Vi
de dn̄e mi ne forte ſit ille
quem aſſignaſti m̄; Magna
enim & mirabilia uidi opā
tem; Per omnem enim dn̄icā
ſcā dei munera accipiebat;
uigiliis ieiuniiſ ſemetipm
cruciabat; Preterea iniurias
et contumeliaſ a ſeruiſ tuiſ
ſine cauſa illataſ libenter
accipiebat: & patienter ſuſ

tinebat; Eufimianus hoc
audiens festinus cucurrit
ad eum. & inuenit eū iam
defunctum. Et discooperiens
faciem eius. uidit uultū il
lius uelud lampadem ful
gentem. & uelut uultū an
geli dei; habebat q; breuem
in manu scriptum; Quem
uolens accipere n̄ potuit; Et
stupefactus sup hoc. cito re
uersus dixit imperatoribus; Quē
querebamus inuenimus. Et nar
rauit eis que recitata fue
rant a ministro. & qualiter
thomū quem in manu te
nebat auferre nequiret; Tc
imperatores cum uenerabili
papa innocentio preexerūt
ubi iacebat sanctum corpus
hominis dei. steteruntq; an
te grabatum illius & dixerūt;
Quamuis indigni simus reg
ni tamen gubernaculum gerimus;
Iste autem pontifex uniuersalis ē;
Da ei itaq; cartam. ut scia
mus quid contineat; Et ac
cedens sanctus pontifex. tulit
thomum de manu eius. et
tradidit cartulario sancte roma
ne ecclesie legendam; Et facto

silentio. coram omnib; lecta
est. Eufemianus autē pater
eius. ut audiuit carte uer
ba que lecta fuerant exani
mis factus cecidit in terrā.
Et surgens scidit uestimen
ta sua. canosq; euellens. ce
pit barbam suam extrahere
et semetipsum discerpere. Et
corruens sup corpus dice
bat; Heu me dn̄e deus; quare
mihi sic fecisti; Et quare ita
afflixisti animam meā p
tot annos; Ego aliquando
sperabam uocem tuam fi
li mi. et agnoscere ubicumq;
esses. & nunc uideo custodē
senectutis mee in grabato
iacentem. & mihi non loquentē.
Heu me; Qualem consolationem
admittam;

Mater etiam eius hec audi
ens. quasi leena rum
pens rete. ita scissis uestibus.
coma dissoluta. oculos ad ce
lum leuabat; Et cum pre nimi
a tristicia. & multitudine populi
sanctum corpus adire non posset.
clamauit dicens; Date mihi adi
tum ut uideam filium me
um qui suxit ubera mea; Et

cũ peruenisset ad scm̃ corpus:
incumbens sup illud dixit
uoce magna; Heu me fili
lumen oculorum meorum:
quare sic nob fecisti? Vid
bas patrem tuum & me la
crimabiliter dolentes? & non
manifestasti te nob? Te in
iuriabant serui tui. et susti
nuisti; Et iterum atq; ite
rum psternebat se sup cor
pus. nunc brachiis astrin
gens. nunc manib; uultũ
angelicum contrectans. & ex
osculans clamabat; Plorate
mecũ oms q adestis: qa decẽ
et octo annis eum in domo
mea habui: et non cognoui
quod unicus meus esset fili
us; Sed et serui mei alapis
eum cedebant: & sputa in
faciem iaciebant; Quis dabit
oculis meis fontem lacrimar:
ut plangam die ac nocte do
lorem meum? Sponsa u eius
induta ueste adriatica: cu
currit ad locum plorans et di
cens; Heu me desolata sum
et apparui uidua. Nũc rup
tum est speculum meum: pe
riit spes mea; Amm cepit

dolor q finem n habet; Po
pulus etiam uidens hec:
lacrimabilit flebat;
TVnc summus ponti
fex. et imperatores posu
erunt corpus in orna
to feretro: et duxerunt in
mediam ciuitatem. Et nun
ciatum e pplo inuentũ ho
minem dei: quem tota ciui
tas querebat; Quo audito
omnes currebant obuiã sco
corpori; Siquis autem infir
mus illud tangebat; ptinus
sanabatur; Ceci uisum. clau
di gressum. surdi auditum
recipiebant. & omnes infir
mitates quibuscumq; infirmi
ibidem languebant cura
bantur; Imperatores autem
tanta mirabilia uidentes
una cum pontifice per se
lectum ceperunt portare.
ut et ipsi a sco corpore sanc
tificarentur; Denique iusse
runt copiam auri et argẽ
ti p plateas spargi. ut tur
bis amore pecuniarum oc
cupatis grabatum pduce
rent ad ecclesiam. Sed plebs
pecunia postposita magis

ac magiſ ad tactum ſanc
ti corporis irruebant; Et
ſic cum magna difficulta
te ad eccleſiam ſancti Bonifacii per
ductum eſt. Et illic per ſeptem
dieſ in dei laudibus perſiſtentes.
operati ſunt monumentum
ex auro et lapidibus preciosis.
in quo cum maxima venera
tione ſanctum corpus poſitum eſt
xvii. kalendarum menſis
aprilis; De ipſo quoque monumento. ſua

viſſimus odor fraglavit ut
omnibuſ aromatibus videtur
eſſe repletum; Tunc populi iocunda
ti. maximaſ deo gratiaſ retu
lerunt. qui tale populo ſuo con
tulit preſidium. per quod quicumque ſin
cera mente deprecatus fuerit.
peticionis ſue effectum ſine du
bio obtinebit. preſtante domino no
ſtro ihesu christo; cui omnia poſſibili
a ſunt nunc et ſemper in ſecula ſeculorum Amen.

Explicit uita Sancti Alexis.